



zu 005

O. i. 840 (1-101).

43

THESES
DE EO QVOD
METVS CAUSA GE-
STVM ERIT.

QVAS DEO FAVENTE SVB PRAESI-
DIO CLARISS. VIRORVM IOANNIS MICHAELIS
Cronenburgeri, & Ioannis Hollandt, SS. LL. Licent.
Dictatoris & Fiscii, in florentissimo celeberrimæ Co-
loniensis Academiae Iuridicæ facultatis Col-
legio, publicè disputandas propo-
nit ac tuebitur.

CHRISTOPHORVS Kopper
LVNENSIS.

*Anno redemptionis humane CIO. IO. XCI.
7. Kalend. Maij.*



COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

CONTINUATIO.

Restitutionum Materia generaliter præcognita rectè nunc specie, de qua Prator ait: *QVOD METVS CAVSA GESTVM ERIT RATVM NON HABEBO*, cum Iuris nostri compilatoribus prosequimur.

THESIS I.

Metus est instantis vel futuri periculi causa mentis trepidatio, (a) In Edicto vero Pratoris metum accipimus non quemlibet vani hominis timorem, sed maioris mali, qui merito & in hominem constantem cadat. (b)

(a) l. i. ff. h. t. (b) l. 5. & 6. cod. l. interpositas C. de transact. c. cum dilectus ext h. t. Dec. in l. in omnibus ff. de reg. iur.

II.

Qualis est metus mortis, cruciatus corporis, (a) stupri, (b) perditionis bonorum omnium, (c) vel maioris partis. (d)

(a) d. l. interpositas cum concord (b) l. isti quidem § quod si ff. h. t. (c) text. & gloss. in c. Abbas ext. h. t. Bart. in l. si ob turpem ff. de condict. ob turp. (d) text. in c. i. in fin. princ. de rest. spol. in 6. Couarr. cap. 3. §. 4. nu. 18. Epit. 4. Decret.

III.

Carcer quoque, quin iustum metum constituat dubium (a) non est, modo detrusio in carcerem iniusta fuerit, (b) quod eodem modo in metu ab hostibus vel prædonibus illato, Itè excommunicationis procedere concludo. (c)

(a) l. qui carcerem ff. h. t. (b) l. si mulier, ff. cod. clem. 2. de pœnis Bart. in d. l. qui carcerem. Felin. in c. afferte, de præsumpt. nisi contractus utilis sit carcerato, quia tunc validus est, Alba. in add. ad Bart. in d. l. qui carcerem, arg. l. metum §. sed licet, ff. h. t. (c) Couar. d. loco, num. 12.

IIII.

Nihil etiam interest, in se quis veritus sit an in liberis suis, cum pro affectu magis in liberis parentes terreantur, (a) quod etiam ad consanguineos perducendum arbitror. (b)

(a) l. isti quidem §. fin. h. t. hinc est quod etiam si liberetur carceratus liber tamen esse non dicatur, si filium pro obside reliquit. Felin. in c. afferte de præsumpt. Alb. in add. ad Bart. in d. l. qui carcerem. (b) Felin. in c. Ecclesia S. Mariæ nu. 99. vers. 13. quæro, de constit. Vnde si iudex consuevit male tractare consanguineos eorum qui ab ipso appellant, iste erit iustus metus ad excusandum non appellantem, Bart. in l. de pupillo §. si quis ipsi Prætori. ff. de op. nou. nunc. & in l. i. §. si quis tamen ff. quod vi aut clam, l. in omnibus, & ibi Dec. ff. de reg. iur. l. vnica. C. de ijs qui per met. iud. non app.

V.

Quia vero nulla metus species aliquem à peccato excusat, (a) nec illum excusandum reor, qui metu mortis alium occidit. (b)

(a) c. sacris

(a) c. facris & ibi glos. h. t. c. primum c. ne quis & c. faciat 22. quæst. 2. (b) 'Abbas in d. e. facris, Alban. in rub. ad Bart. ff. cod. latè Couarr. d. loco §. 4. nu. 3. & seqq.

VI.

Porro licet hoc edictum metum maioris mali, qui periculum salutis, aut cruciatus corporis continet requirat, (a) ad hoc tamen vt officio Iudicis ea quæ metu gesta sunt rescindantur, etiam minorem metum intercessisse sufficit. (b)

(a) vid. sup. thes. i. (b) l. fin. §. i. ff. h. t. Bart. in l. interpositas C. de transact. & in l. i. §. quæ onerandæ ff. quar. rer. act. non det. pulchre Iason & Zas. in §. quadrupli. Inst. de action.

VII.

Vbi tamen aduertendum quod in actibus explicandis per filium, libertum, clericum, uxorem, sola reuerentia non sufficit ad rescindendos illos actus, nisi præcesserint minæ vel verbera, aut persona esset terribilis. (a)

(a) text. in l. si patre, ff. de ritu nupt. iunct. text. in c. cum locum, de sponsal. l. fideiussor §. pater ff. de pignor. c. quamuis de pactis, in 6. l. ad inuidiam C. h. tit. Bart. in d. l. i. §. quæ onerandæ, ff. quarum rer. act. Iason & Zas. d. loco, latè Felin. in c. causam matrimonij, de off. del. vbi in vtramque partem disputat. & hanc communem asserit.

VIII.

Quemadmodum nec sole minæ sufficiunt ad inuvalidandum contractum, nisi ab eo prolata fuerint, qui potuerit & consueuerit exequi. (a) Idem statuo de precibus potentium, (b) & blanditijs instantissimis principis. (c)

(a) Bart. in d. l. de pupillo, §. si quis ipsi Prætori. quia vana est sine viribus ira l. metum §. vbi idem Bart. ff. h. t. (b) Felin. in c. i. nu. 2. vers. an autem de offic. deleg. glos. in l. i. in verb. sed ego. ff. quod iussu Zas. in §. quadrupli. nu. 10. Inst. de act. (c) glos. in l. i. C. si rector prouinc. Felin. d. loco. faciunt quæ notant Abb. in c. Abbas h. t. & Bart. in l. famosi ff. ad l. Iuliam maicst.

IX.

Vnde & illud rectè dicitur, si testator in graui infirmitate constitutus propinquorum precibus legat, huiusmodi legatum metu factum esse, quia timet derelinqui si neget ea quæ petuntur. (a) Idem dicendum si cliens vel agrotus rogetur ab aduocato vel medico, vt aliquem fundum ei donet vel vendat. (b)

(a) Barr. in extrauag. ad reprim. Alban. in add. ad Bart. in rub. ff. h. tit. (b) l. medicus de var. & extraord. cog. Zas. in §. quadrupli. Inst. de action.

X.

Nec ignorandum quod actio quod metus causa de sui natura damnum exigat, vnde vim passus qui ante vim fecerat per hoc edictum non restituitur, id quod de illo quoque dicitur qui vim adhibuit debitori suo, vt ei solueret, quamuis negari non possit in legem Iuliam de vi eum incidisse, & ius crediti amisisse. (a)

(a) l. sed & partus §. quæri poterit & §. fin. cum l. sequenti, vbi que Bart. ff. h. tit. Aliter statuit Cuiacius, in d. §. quæri poterit, cui non adstipulor, propter l. si cum exceptione, in princ. ff. eodem.

XI.

Si per impressionem quis aliquem in officio constitutum metuens fundum ei vel ab eodem

dem supposita persona vendat, conditione uero habet ex l. pen. C. hoc tit. per quam fundum recuperat & precium nihilominus retinet, (a) quod in actione quod metus causa reddi debet. (b)

(a) l. si per impress. pen. & ibi Bart. ff. h. tit. (b) l. si vi vel metu & l. seq. C. h. tit. cui reddi debeat, vide Bart. in d. l. si vi vel metu, nu. 6. & seq.

XII.

Probatum metus per testes & ex coniecturis, (a) & ideo Iudicis arbitrio relinquendum arbitror quando sufficienter sit probatum. (b)

(a) Bart. in l. si ob turpem, ff. de condict. ob turp. cau. Dec. in l. in omnibus num. 7. ff. de reg. iur. Couarr. d. loco, §. 5. nu. 10. (b) text. in l. 3. quib. ex caus. maior. glos. in d. c. cum dilectus in verb. metum mortis glos. in l. interpositas. in verb. cruciatum C. de transact. aliud tamen arbitrium Iudicis erit quoad foeminam quam quoad virum secundum ea quae notat Couarr. dicto loco §. 4. nu. 9. arg. c. indignantur 22. quaest. 6. gloss. in c. cum locum ext. de spons. Decius in d. l. in omnibus nu. 3.

XIII.

Qualitas vero cause principalis, quod scilicet magnum pro modico dederit, ad probandum metum non sufficit, (a) nisi accedat potentia illius cum quo est contractum. (b)

(a) l. interpositas, C. de transact. (b) Iason in d. l. interpositas Bart. in d. §. si quis ipsi praetori, hinc est quod dicitur, metum non ex indicijs remotis sed propinquis colligi.

XIV.

Cui illud addendum videtur, quod data paritate terminorum ita credatur testibus deponentibus de libera voluntate, sicut deponentibus de metu. (a)

(a) Dec. in d. l. in omnibus nu. 8. & 9. vide Couarr. d. loco §. 5. nu. 10. Ex Innocent. communiter a. Dd. refertur plus esse credendum duobus testibus deponentibus de metu, quam centum deponentibus de libera voluntate.

XV.

Vbi vero est praesumptio contra illum qui probare debet afficitur duriori probatione. Nam quia verisimile non est compulsus in vrbe indebitum soluisse, cum potuerit ius publicum inuocare, huiusmodi praesumptioni apertissima probationes violentia sunt opponenda. (a)

(a) l. non est verisimile, in princ. vbi Bart. & ibidem Alban. in addit. ff. h. t. Felin. in c. auditis, de praesumpt. sic etiam non est praesumptio quod sit illatus metus praesentibus consanguineis, l. transactionem C. de transact. nec enim illa praesentia consanguineorum omnino tollit, quin metus possit allegari, sed aggrauat allegantem duriore onere probandi. Bart. d. loco nu. 2. & in d. l. transactionem, Felin. in c. causam matrimonij, num. 6. de off. deleg.

XVI.

Vtilissima hac in re est protestatio, (a) adeo ut si ante actum fiat ex causa tamen legitima, etiam ex interuallo actus gestus, praesumatur metu expeditus. (b) Eam tamen praecise necessariam esse negandum arbitror. (c)

(a) l. 2. C. de ijs qui propt. met. l. fin. de lege commissor. c. fin. de appell. (b) l. qui in aliena §. fin. ff. de acquir. haer. Couarr. d. loco §. 5. nu. 12. (c) Deci. in d. l. in omnibus num. 12. Bart. in l. 2. §. quod diximus ff. si quis caut. glos. in c. ext. h. t. sanè in casu c. statutum §. cū

vero

vero de rescript. in 6. etiam per solum iuramentum timor probatur.

XVII.

Datur ex hoc edicto actio & exceptio siue res perfecta siue imperfecta sit: (a) & quidem quoad actionem duplici via succurrit Prætor, aut vtiles actiones, tam in rem quam in personam, aut actionem quod metus causa præstando. (b)

(a) l. metum §. sed quod Prætor ff. h. t. (b) d. l. metum §. volenti & ibi Bart. l. si vi vel metu 3. C. l. si mulier §. fin. ff. h. t. idque siue contractus metu initus sit stricti iuris siue bonæ fidei, Bart. in d. l. si mulier, §. si dos, contrarium ibidem tenet Cuiacius.

XVIII.

Est autem actio quod metus causa personalis in rem scripta, ideoque tam contra metum inferentem, personam singularem vel vniuersitatem, (a) licet ad alium res peruenit, quæ contra eum ad quem peruenit licet alius metum fecit, competit. (b)

(a) l. metum 9. §. animaduertendum, & ibi Bart. ff. h. t. Idem Bart. in l. aut facta, §. nonnunquam ff. de pœnis. Felin. in c. dilectus 2. de simon. & in c. cum omnes, de constit. (b) l. si cum exceptione §. Pedius, h. t. nec astringitur quis vt designet quis ei metum vel vim adhibuerit, d. l. si cum exceptione §. in hac actione.

XIX.

Ille vero ad quæ res peruenit ex metu tenetur, si res est apud eum vel aliud loco eius, secus si est perempta: (a) In eo tamen quod loco rei peruenit, non attenditur an perierit. (b) Heredi (c) quoque datur quia rei persecutoria, sed non in heredem, nisi in quantum ad eum peruenit. (d)

(a) l. si ipsa res 18. h. t. d. l. si cum exceptione, §. aliquando, nisi sciente emptore metus sit illatus, l. non interest, & ibi Bart. C. h. t. (b) d. l. si ipsa res. (c) d. l. si cum exceptione, §. post annum, (d) l. quod diximus, §. in heredem ff. h. t.

XX.

Sed & ad heredem proximum semel peruenisse sufficit, vt & reliqui deinceps teneantur, (a) per quod illam questionem, an tertius heres adire possit hereditatem ex virtute iuris deliberandi propter scientiam primi? affirmatiue decidimus. (b)

(a) l. videamus ff. h. t. (b) Bart. in d. l. quod diximus §. in heredem, ff. eod.

XXI.

Hæc autem actio cum arbitraria sit, habet reus licentiam ab arbitrio dato vsque ad sententiam rei restitutionem facere, quod si non fecerit iure meritoque quadrupli condemnationem patietur. (a)

(a) d. l. si cum exceptione §. hæc autem actio, Id quod & tunc obtinet, cum tertius possessor ex aliena vi conuenitur, d. l. si cum exceptione §. in hac actione.

XXII.

Due igitur feruntur sententiæ, vna ad restituendum, altera si res intra tempus quod datur iudicatis non restituatur ad quadruplum fit condemnatio: (a) Vnam tamen sententiam quæ vtrunque contineat sufficere non nego. (b)

(a) per d. §. hæc autem actio & §. quatenus in d. l. si cum exceptione Cuiacius simpliciter hoc falsum esse asserit in d. §. hæc autem actio V Vesemb. variat. in parat. ff. h. t. (b) Bart. in d. §. hæc autem actio Zas. & Iason in §. quadrupli Inst. de act.

Quadrupl.

XXIII.

Quadruplatur autem omne quodcunq; restitui oportet (a) partus videlicet ancillarū, fœtus pecorum, fructus non modo percipiendi, sed & qui percipi potuerunt, & omnis demique causa. (b)

(a) d. l. si cum exceptione, §. quadruplatur & §. Labeo. (b) l. sed & partus ff. h. t. quomodo in delictis ob statuta ex varijs causis & qualitatibus pœnæ duplicentur vel quadruplicentur vide Bart. in l. sanctio legum ff. de pœnis.

XXIV.

In quadruplo res ipsa omnimodo cōtinetur licet perierit, modo non erat peritura penes actorem, quod tamen non obtinet si sine dolo malo & culpa eius qui vim intulit, post condemnationem intra tempora iudicati actionis pereat, quo casu à rei præstatione ideo relaxabitur quia tripli pœna satisfacere cogitur. (a)

(a) Sic intelligo §. quatenus, in d. l. si cū exceptione cum Bart. contra gl. & Cuias. ibid.

XXV.

Habet autem hæc quadrupli condemnatio tum demum locum, cum intra annum (a) agitur post annū vero in simplum tantum actionē pollicetur Prætor, non quidem semper, sed causa cognita, si videlicet alia actio nulla competat. (b)

(a) vtilem l. in honorarijs ff. de act. & oblig. Inst. de perpet. & temp. act. in prin. (b) d. l. si cum §. post annum, l. si per vim 4. C. h. t. VVesemb. in parat. nu. 8.

XXVI.

Cessat hæc actio si spontanea solutio (a) metum in promittendo adhibitum purgans (b) intercedat, quod etiam verum arbitror si plures metum intulissent, & vni postea sponte solvatur. (c)

(a) l. cum te 2. vbi Bart. C. h. t. l. pen. ff. de condict. ob turp. caus. vbi Zas. (b) aliter videtur statuere Cuias. in l. metum §. sed quod Prætor ff. h. t. per l. ex ea ff. de condict. ob turp. cau. si tamen per errorem solvatur, soluti repetitionem competere existimo, (c) glos. in l. non dubium, in fin. prout eam ibi declarat Bart. C. de testamen. arg. auct. sed cum testator C. ad l. falcid. Iason & Zas. in d. l. pen. ff. de condict. ob turp. cau. dubitant.

XXVII.

Venditor tamen vi vel metu ad vendendū compulsus, si postea precium recipiat, nihilominus actionē quod metus causa retinet. (a) Sic sponte solvendi ex cōtractu iuramento firmato repetitio competit, cum potius metu periurij, quā vt contractum approbet soluerit. (b)

(a) l. si vi vel metu 3. cum l. seq. vbi Bart. C. h. t. nam vbi alia præsumptio prætedi potest, non purgatur vitium præcedens, Abb. in c. ad audientiam, ext. Bart. in l. 2. C. h. t. Zas. in d. l. pen. (b) c. ad aures ex. Bart. in d. l. 2. nu. 8. C. h. t.

XXVIII.

Eodem modo si metus tempore solutionis durauerit, viuente scilicet tyrāno aut durante matrimonio, statuto, vel officio magistratus, talis solutio inefficax erit ad purgandū metum. (a)

(a) d. l. 2. C. h. t. Zas. in d. l. pen. Dd. in l. qui in aliena §. fin. ff. de acquir. hæred. Felin. in c. 1. verf. & in quantum Abbas, de offic. deleg. per c. 1. ext. h. t. Bart. in d. l. pen. nu. 5. & 7.

Extin-

XXIX.

Extinguitur etiam hac actio praescriptione, & quidem contra ipsum metum inferentem 30. annorum spacio, contra tertium vero possessorem longo tempore si immobilis, aut triennio si sit res mobilis. (a)

(a) l. si vi 3. C. h. t. vbi vide gloss. & Bart.

COROLLARIA.

I.

Matrimonium metu contractum licet iuratum ipso iure nullum est. (a) Ex solo tamen reuerentiali metu nec carnale nec spirituale matrimonium impeditur. (b)

(a) c. significauit ext. de eo qui dux. in matr. quam poll. per adul. Couarr. d. loco §. 5.

(b) Couarr. d. loco, §. 6. Felin. in c. causam matrimonij. de off. deleg. contrarium tenet Gaill, & quos ipse alleg. obs. 93. nu. 24. licet sola reuerentia faciat, quo minus quis tacens videatur consentire, Felin. in d. c. causam matrimonij num. 4. & in c. nonne de praesumpt. n. 8. Gaill d. loco nu. 23.

II.

Iurata filia de successione paterna renunciatio metu extorta non tenet, (a) licet absolutio petenda sit, (b) Idem putosi dos accepta non fuerit, aut promissa quidem non autem numerata vel debite soluta. (c)

(a) c. quamuis, de pact. in 6. (b) c. si vero, c. verum, de iureiur. Couarr. d. loco. (c) Zas. in l. stipulatio hoc modo, nu. 36. ff. de verb. oblig.



Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

COROLLARIA

Faint, illegible text in the middle section of the page.

Faint, illegible text in the lower middle section of the page.



153255

AB: 153255


(X2203998)

K



De legibus et constitutionibus Imperatorum





THESES
DE EO QVOD
METVS CAUSA GE-
STVM ERIT.

QVAS DEO FAVENTE SVB PRAESI-
DIO CLARISS. VIRORVM IOANNIS MICHAELIS
Cronenburgeri, & Ioannis Hollandt, SS. LL. Licent.
Dictatoris & Fiscii, in florentissimo celeberrimæ Co-
loniensis Academiæ Iuridicæ facultatis Col-
legio, publicè disputandas propo-
nit ac tuebitur.

CHRISTOPHORVS Kopper
LVNENSIS.

*Anno redemptionis humanæ MD. LXXI.
7. Kalend. Maij.*



COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.